UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCCCLXIX. Ludwig der Römer nebst seinem Bruder Otto, Markgrafen von Brandenburg, verleihen der Stadt Luckow Zollfreiheit nebst den Wassermühlen vor der Stadt und allen Mühlen auf dem Stadtgebiete, ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56193

Visual Library

inſra ſcripta, videlicet medietas opidi dicti Sloppe, molendinum integrum in dicto opido ſitum, et medium molendinum ante dictum opidum ſituatum, piſcine et aque eidem adiacentes et ad ipſum opidum pertinentes, et merica, cum omnibus et ſingulis pertinenciis ad dimidietatem opidi predicti pertinentibus, integritas villarum Dronowe et Salme, medietas ville Schonowe, eciam cum pertinenciis villarum predictarum. Que quidem bona ipſi Jacobo et Heinzoni boytin, patruis, et eorum heredibus, manu coniuncta et in ſolidum contulimus et conferimus per preſentes in omni modo, forma et condicione, prout memorato Jacobo adiudicata ſunt, juxta debitam juris formam vaſallorum noſtrorum, vt premittitur, perpetuis temporibus pacifice et quiete a nobis juſto pheodi titulo poſſidenda. In cuius etc. Preſentibus ambobus comitibus Swartzburg, Kothbus, Llochen, Hen. de Vchtenhagen et Ottone Morner. Datum Soldin Anno MCCClјj, dominica Miſericordia domini.

Klöden's Waldemar IV, 396.

DCCCCLXVIII. Markgraf Ludwig der Römer quittirt ſeinen Schwiegervater den König Kaſimir von Polen über 3050 Mark Silber, am 26. Mai 1352.

Nos Ludouicus Romanus etc. recognoſcimus publice per preſentes, quod excellens princeps ſocer et dominus noſter Kazimirus, polonie rex, nobis in mille trecentis et L marcis polonici nummi et relicte quondam nymiri militis de Cracouia in centum et ſeptem marcis predicti nummi, computando marcam quamlibet pro XLVIII. groſſis loti pragenſis, integre ſatisfecit, de quibus ſiquidem predictis marcis ipſum ſocerum et dominum noſtrum et fideiuſſores ipſius dicimus preſentibus quitos, liberos et ſolutos preſencium teſtimonio litterarum. Datum Cracouie, Anno M°. CCC°. LII°. Sabbato poſt aſcenſionem domini.

Nach einer Abſchrift des Herrn von Hackwitz, worin jedoch die wahrſcheinlich falſch geleſenen Worte: et relicto quo dam nymiri militis in et relicte quondam nymiri militis und loci pragenſis in loti pragenſis abgeändert ſind.

DCCCCLXIX. Ludwig der Römer nebſt ſeinem Bruder Otto, Markgrafen von Brandenburg, verleihen der Stadt Luckow Zollfreiheit nebſt den Waſſermühlen vor der Stadt und allen Mühlen auf dem Stadtgebiete, den 4. Juli 1352.

Nouerint vniuerſi tenorem preſencium inſpecturi, Quod nos Ludouicus Romanus dei gracia Marchio Brandenburgenſis et Luſacie, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Reni et Bauarie dux, Penſantes cum fratre noſtro Marchione

Ottone Egeſtatem fidelium noſtrorum Conſulum et Uniuerſitatis Ciuitatis noſtre Lugckow — qua perplexi ſunt, A qua ipſos quantum poſſumus intendimus releuare, Ipſis talem gratiam fecimus et facimus ſpecialem, quod per totam terram noſtram, Marchiam Brandenburgenſem et terram Luſacie, liberi, exempti et immunes esse debeant a cuiuslibet Thelonei de ipſorum Mercimoniis et rebus, quas per ipſas duxerint, Donacione et perſolucione eiusdem qualibet quouis modo, Nolentes quod aliquis Thelonariorum noſtrorum aliquid recipiat Thelonei titulo ab eisdem. Preterea predictis Conſulibus et uniuerſitati noſtris donauimus, dedimus et preſentibus donamus Molendinum Aquaticum ante predictam ciuitatem ſituatum juſto proprietatis titulo cum omni iure, fructu, commodo, utilitate et prouentibus pertinenciis uniuerſis pacifice et perpetue poſſidendum. Eciam omnes ortos in utilitatem predicte ciuitatis fundatos ſeu fundandos cum Molendinis uentilibus uel aquaticis foris preſatum ciuitatem edificatis uel edificandis cum aliis uſibus, in proprio ſpacio ciuitatis ſituatis uel ſituandis, donamus et concedimus ſub omni proprietatis Titulo prenarrato, Renunciantes omni iuri, quod nobis et Fratri noſtro Ottoni et heredibus noſtris quoad proprietates predictas competit uel competere poterit aliqualiter in futurum. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum, Preſentibus nobilibus viris Gunthero Comite iuniore de Swartzburgk, Johanne Domino in Kothebuz, Ottone Went Domino in Yleburgk, ſtrenuisque uiris Friderico de Lochen, Laurencio Griffeconis de Grifenbergk, Henſchelino Waldow noſtro Marſchalko, Thiderico murner prepoſito Soldinenſi cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in antiqua Bernow, Anno Domini Milleſimo tricenteſimo quinquageſimo ſecundo, feria quarta proxima poſt Apoſtolorum Petri et Pauli.

Nach dem aus den Zettel-Acten genommenen Abdrucke in den Deſtinat. lit. I, 1078, doch mit Verbeſſerung der hier vorgekommenen Druckfehler fructum ſtatt fructu, locos für ortos und Ottone Wentzlao Domino in Pleburg ſtatt Ottone Went domino in Yleburg und dgl. mehr. (Vgl. Worbs Inv. dipl. Luſ. infer. 164 Nr. 438.)

DCCCCLXX. Markgraf Ludwig der Römer und ſein Bruder Otto geſtatten dem Kaiſer Karl und dem Herzoge Bolko von Schleſien die Markgrafſchaft Lauſitz von den Markgrafen von Meißen auszulöſen, am 9. März 1353.

Wir Ludwig, genandt der Römer, und Otte, Gebruder, von Gottes Gnaden Marggrauen zu Brandenburg und Lauſiz, des Heiligen Reichs Obriſte Cammerer, Pfaltz Grauen bey Rheyn und Herzogen in Bayern, bekennen und thun kund offentlich mit dieſen Briefe, allen den, die ihn ſehen oder hören leſen, daſs wir haben angeſehen ſunderlich Gnad und Güte des allerdurchleuchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Karls, Römiſchen Kaiſers, zu allen Zeiten Mehrers des Reichs und Kunigs zu Beheimb, vnſers lieben gnedigen Herrn, damit er Uns allwege freuntlich gemeinet hat, und auch ſtetiglichen meynet, als wir derſelben wol kuniglichen empfunden haben, und auch teglich empfinden zu vnſern Nuzen